Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quoniam magnificasti sup omne
nomen sanctum tuum. In qua
cumq; die inuocauero te exaudi me
multiplicabis in anima mea uir
tutem. Confiteantur tibi dñe
omnes reges tre. et qui audierunt
omnia uerba oris tui. Et cantent
uiuis domini. quoniam magna
est gloria domini. Quoniam ex
celsus dominus et humilia respicit
et alta alonge cognoscit. Si ambu
lauero in medio tribulacionis vi
uificabis me. et sup iram inimico
rum meorum extendisti manum
tuam. et saluum me fecit dextera
tua. Dominus retribuet pro me
domine misericordia tua in seculum. et opa
manuum tuarum ne despicias.

Domine
probasti me et cognouisti
me tu cognouisti sessionem
meam et resurrectionem meam. In
tellexisti cogitaciones meas de
longe semitam meam et funiculum
meum inuestigasti. Et omnes
uias meas preuidisti. quia non
est sermo in lingua mea. Ecce
domine tu cognouisti omnia no
uissima et antiqua. tu formasti me
et posuisti sup me manum tuam.
Mirabilis facta est sciencia tua
ex me. confortata est et non potero
ad eam. Quo ibo a spiritu tuo
et quo a facie tua fugiam. Si
ascendero in celum tu illic es. si
si descendero ad infernum ad es.
Si sumpsero pennas meas di
luculo et habitauero in extremis
maris. Et enim illuc manus tua
deducet me et tenebit me dextera
tua. Et dixi forsitan tenebre
conculcabunt me et nox illuminacio
mea in delicijs meis. Quia te
nebre non obscurabuntur a te et
nox sicut dies illuminabitur sicut te
nebre eius ita et lumen eius.
Quia tu possedisti renes meos
suscepisti me de utero matris me
e. Confitebor tibi quia terribiliter
magnificatus es mirabilia opa
tua et anima mea cognoscet in
mis. Non est occultatum os
meum a te quod fecisti in occulto
et substancia mea in inferioribus tre.
Imperfectum meum uiderunt ocu
li tui et in libro tuo omnes scribentur
dies formabuntur et nemo meis.
Michi autem nimis honorificati sunt
amici tui deus nimis confortatus
es principatus eorum. Dinume
rabo eos et sup arenam multipli
cabuntur. et exsurrexi et adhuc sum
tecum. Si occideris deus peccato
res uiri sanguinum declinate a me.
Quia dicitis in cogitacione acci
piant in uanitate ciuitates suas.
Nonne qui oderunt te domine
oderam. et sup inimicos tuos tabes
cebam. Perfecto odio oderam il
los inimici facti sunt michi. Pro
ba me deus et scito cor meum inter
roga me et cognosce semitas meas.
Et uide si uia iniquitatis in me
est. et deduc me in uia eterna.

Eripe me
domine ab homine malo.